Quelle: http://manuscripta.at/?ID=940
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



e nim factus est magnus quia mortem filii de i clamabat
mundus se sustine re non posse aperta er go lancea multis latere crucifi
xi vomuit exiuit san guis et a qua in redemptionem salu tis nos
tre
Qux fidelis
inter omnes arbor una nobilis nulla silua talem profert fronde flore
germine dulce lignum dulces clauos dulce pondus sustinet. Pange lin
gua gloriosi preliium certaminis et super crucis tropheum dic triumphi no
bilem qualiter redemptor orbis immolatus uicerit. De parentis ptopasti
fraude factor condolens quando pomi noxialis morsu in mortem corruit
ipse lignum tunc notauit dampna ligni ut solueret. Hoc opus nostre sa
lutis ordo depoposcerat multi formis proditor ars ut artem falleret et pede
lam ferret inde hostis unde leserat. Quando uenit ergo sacri plenitudo
temporis missus est ab arce patris natus orbis conditor atq: uentre uirginali
caro factus produit. Vagit infans inter arta positus presepia membra
pannis inuoluta uirgo mater alligat et pedes manusq: crura stricta pingit
fascia. Lustra sex qui iam pacta tempus implens corporis se uolente
natus adhoc passioni deditus agnus in crucis leuatur immolandus stipite.
Hic acetum fel harundo sputa clauus lancea mite corpus perforatur sanguis
unda profluit terra pontus astra mundus quo lauantur flumine. Flecte ra
mos arbor alta densa laxa uiscera et rigor lentescat ille quem dedit natiui
tas ut superni membra regis mitis tendas stipite. Sola digna tu fuisti fer
re pretium seculi atq: portum preparare nauta mundo naufrago quem
sacer cruor perunxit fusus agni corpore. Gloria eterno patri psalute po
sita gl'ia unico et qui creauit oia spiritq: sco in sempiterna secula.